

2.  
(2)  
Zweiter prüfer  
/



De

# TRIBUS VITIIS CAPITA- LIBUS,

Actu Oratorio. Valedictorio,

d. 18. Septembr. A. O. R. M DCCXI.

Hora VIII.

In Auditorio Torgensi,

Memoriter perorabunt

tres Academiae Candidati ornatisimi:

CHRISTIAN. DANIEL HOFFKUNZIUS,  
Torgensis.

JOHANN. SAMUEL TZSCHIRICHIIUS,  
Belgrâ-Misnicus.

JOHANN. CHRISTIAN. WÜNDISCH,  
Schmideberg-Saxo.

Qvos

ut benevolò animò audiant

DN, Mœcenates, Patroni, Fautores  
atq; Amici Musarum,

Magnopere, perqve amanter rogitat

M. GODFRID STEINBRECHER,

Rector.



TORGÆ,

Typis JOMANN, ZACHAR. HEMPEL,



Omne trium perfectum.  
Nec funiculus triplex facile rumpitur;  
Ipse sacer Codex magnopere commendat  
Triplicem Virtutum theologiarum numerum:  
FIDEM, CHARITATEM ac SPEM.  
Sic è Virtutibus moralibus palmam meretur  
Triplex illarum chorus:  
TEMPERANTIA, MODESTIA & <sup>ΑΥΣΤΕΡΙΑ</sup>  
Temperantiæ filia formosissima sunt:  
SOBRIETAS, PARSIMONIA & CASTITAS.  
Modestia, Ambitionem excrata,  
Cristas nec erigens, nec animum illico despondens,  
Parit Patientiam illatamque injuriam silentio vindicat.  
<sup>ΑΥΣΤΕΡΙΑ</sup> paucis contenta,  
Mater Beneficentiæ ac Misericordiæ est,  
Delectata studio aliis sine spe lucri interveniendi.  
Opposita juxta se posita magis clucere videbis,  
Tribus Virtutibus Capitalibus  
Capitalia tria opponens vitia:  
VOLUPTATEM, AMBITIONEM, & AVARITIAM.  
Vah! quam pessimas pessima mater parit filias:  
Studium heluandi, inclarescendi, ditescendi  
Immodicum & detestabile.  
Vah! Pedissequæ horum vitiorum quam sunt pessimæ!  
Qyas in scenam producent sequentes  
Academici Candidati ornatisimi:  
Et quidem dicit:  
CHRISTIANUS DANIEL HOFFKUNZIUS,  
DE IMMODICO HELUANDI STUDIO.  
JOHANN. SAMUEL TZSCHIRICHUS,  
DE IMMODICO INCLARESCENDI EMERGENDIQUE STUDIO.  
JOHANN. CHRISTIAN. WÜNDISCH,  
DE IMMODICO DITESCENDI STUDIO.

Rem

Rem omnem velut in tabula repræsentaturus  
 Ob oculos pono vel unum Exemplum,  
 Alexandri illius Magni;  
 Hic florebat antea Virtutibus eximiis,  
 En! quam religioſè intrat Templum Jovis! a)  
 En! quam foriter ante ſigna it, b)  
 Ducis munera executus! c)  
 En! quanta miſericordia tactus, Darii hoſtis fortunæ  
 Illacrymat! d)  
 En, quam piè milites ſepelire jubet! e)  
 En, quam benigne tractat captivas:  
 Darii Matrem, Uxorem, & Filias! f)  
 En, quam caſte & pudice Haſ habet! g)  
 En, quam amice Haſ inviſit!  
 En, quam blande Haſ alloquitur!  
 En, quam ſolidè Haſ ſolatur,  
 Eaſ mox Matrem, mox Filias ſuas appellans; h)  
 En, quam modeſtè deprecatur errorem! i)  
 En, quanta pietate, quantoqve apparatu regio  
 Sepelit deſunctam Darii Uxorem! k)  
 En, quanta celeritate ſemper occupat hoſtem! l)  
 Qvis non Virtutes haſ etiam in hoſte laudet?  
 Qvis non magni æſtimet?  
 Mox Rex proſpera fortuna elatus  
 Virtutum ſplendorem tenebris vitiorum infulcavit.  
 Vah! quanta inſolentia non fuit Alexander  
 Victoriis lætabundus. m)  
 Vah! quam crudeliter conſulebat in captivos Tyrios  
 Omnes miſerrime contrucidando, n)  
 Equum Bucephalum pluriſ, quam homines æſtimando. o)  
 Vah! quanta temeritate ſe de muris ſolum  
 In hoſtium catervas præcipitat,  
 Cum leonibus certamen inire haud veritus. p)  
 Vah! quanta ſuperbia incedit,  
 Jovis ſe filium appellitans: q)  
 Vah! quam crudeliter non conſuluit in amicos,  
 Clitum, Caliſthenem, Philotam, Parmenionem, r)  
 Vah!

a) Lib. III. c. 1. v. 14. b) lib. III. cap. 10. v. 3. c) L. III, 11. 7. p) L. III,  
 11. 7. e) L. III, 11. 12. f) Ibidem it. g) 12. h) ibid. i) V, 2.  
 v. 20. ſeqq. k) L. IV, 10. 20. l) L. V, 1. 8. m) L. IV, 4. 13. IX, 1. 1.  
 n) L. IV, 4. 13. o) VI, 5. 15. p) L. VIII, 1. 14. q) VIII, 1. 13. r) VII, 1. 43

Vah! quantam in socordiam,

Quantam in Ignaviam,

Lasciviam in quantam

Quantam in Levitatem

Præcipitat cum Ebrietas.

Quid ingentia animi tui, Alexander, bona;

Quid illam indolem, quæ omnes Reges antecessisti; s)

Quid illam in subeundis periculis Constantiam;

Quid in rebus molliendis efficiendisque velocitatem;

Quid in deditos fidem;

Quid in Captivos Clementiam;

Quid in voluptatibus Temperantiam

Fregit, perdidit?

Nonne Ebrietas fuit? fuit Ebrietas.

Namque convivia de die in diem iniens

Pellicibus tecum armato vivere advetis,

Quanta non fuisti temulentia?

Temulentæ Thaidis syafu motus, quid facis?

Accurrite, quæso, & aspice;

Tantus tantarum terrarum Rex;

Tantus tantorum populorum terror & Victor;

Ab hoste semper invictus, victus ebrietas

Ab epulis surgit temulentus temulenta eum Thaide,

Temulentis cum Purpuratis incedit Urbem;

Urbem Persepolin pulcherrimam;

Urbem totius Asiæ caput celeberrimum,

Urbem, cui armatus pepererat;

Urbem, multa cedro ædificatam regiam.

Præsto si fuisses, vidisses

Regem ipsum primarium incendiarium,

Primum regiæ ignem injicientem,

Primum faces aggerentem,

Post vidisses pellices, convivas & Ministros

Regis ad Exemplum se componentes. t)

En lector! inversum Decalogum,

En Regem, Virtutum Encomia

Vitiis tetris infuscantem, contaminantem,

Accedite MOECENATES, PATRONI ac FAUTORES,

Actui Oratorio interesse dignamini,

Triplicem capitalium Vitiatorum chorum

Audituri, percepturi.

s) VIII, 1. 51. &c. t) Vid. L. V, cap. 9.

§§§§§

78 M 437




TA → OL

kein Rest.

nur 51. Stk veranlagt bisher

I

1077



De

# TRIBUS VITIIS CAPITALIBUS,

## Actu Oratorio. Valedictorio,

d. 18. Septembr. A. O. R. M DCCXI.

ora VIII.

rio Torgensi,

er'perorabunt

Candidati ornatissimi:

EL, HOFFKUNZIUS,  
rgensis,

EL TZSCHIRICHUS,  
â-Mifnicus.

STIAN. WÜNDISCH,  
eberg-Saxo.

Qvos

animò audiant

, Patroni, Fautores

ci Musarum,

que amanter rogitat

STEINBRECHER,

ctor.



RGÆ,

, ZACHAR. HEMPI,

